

✠ **In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno septimo. die tertia mensis aprelis indictione undecima neapoli: Certum est me stephanus presbyter filio quondam domini dometi presbyteri qui est parammonerium (1) memorate ecclesie A presenti die promitto vobis cuncta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium propter integra ecclesia vestra pertinente memorati vestri monasterii vocabulo beatissimi petri christi apostoli qui vocatur at paternum una cum omnibus domibus et abitationibus seu cellis ipsius ecclesie vestre pertinentes et cum omnes fundoras et terris ipsius ecclesie vestre pertinentes: et cum codicibus et ornamentis et cum omnibus rebus et substantiis atque possexionibus ipsius ecclesie pertinentes omnibusque at memorata ecclesia vestra pertinentibus. in qua domino deo atubante vos me ibidem custodem ordinastis a nuc et omnibus diebus vite meae. et post meum transitum quidem iohannes filio meo cuntis diebus vite sue si ipse clericus aut presbyter fuerit. in eo enim tenore quatenus memorata ecclesia vestra cum suis omnibus pertinentiis in mea cuntis diebus vite meae et post meum transitum memorato iohanni filio meo cuntis diebus vite sue si ipse presbyter aut clericus fuerit sit potestatem tenendi et dominandi seu frugiandi et comedendi et de ipsa frugias faciendi que voluerimus. et si aliquod in memorata ecclesia vestra a biris vel a mulieribus offertum vel datum fuerit. si fuerit mobile in nostra sit potestate faciendi que voluerimus. si**

✠ **Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel settimo anno di impero del signore nostro Alessio grande imperatore, nel giorno terzo del mese di aprile, undicesima indizione, neapoli. Certo è che io presbitero Stefano, figlio del fu domino **dometi** presbitero, già custode della predetta chiesa, dal giorno presente prometto a voi intera congregazione dei monaci del monastero dei santi Sergio e Bacco, che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito in **viridiarium**, per l'integra chiesa appartenente al predetto vostro monastero con il nome del beatissimo Pietro apostolo di Cristo chiamato **at paternum**, con tutte le case e abitazioni e celle appartenenti alla stessa chiesa vostra e con tutti i fondi e le terre appartenenti alla stessa chiesa vostra e con i codici e gli ornamenti e con tutte le cose e sostanze e possedimenti appartenenti alla stessa chiesa e con tutte le cose pertinenti alla predetta chiesa vostra, in cui con l'aiuto di Doineddio voi ivi mi ordinaste custode da ora e per tutti i giorni della mia vita e dopo il mio trapasso invero Giovanni figlio mio per tutti i giorni della sua vita se lo stesso fosse chierico o presbitero per certo in quella condizione che la predetta chiesa vostra con tutte le sue pertinenze per tutti i giorni della mia vita in me e dopo la mia dipartita nel predetto Giovanni figlio mio per tutti i giorni della sua vita se lo stesso sarà presbitero o chierico, sia la potestà di tenerla e possederla e di prenderne i frutti e di consumarli e degli stessi frutti di farne quel che vorremo. E se qualcosa sarà offerto o donato nelle predetta chiesa vostra da uomini o da donne, se sarà bene mobile sia in nostra potestà di farne quel che vorremo, se altresì bene immobile o cosa tale per ornamento della predetta *chiesa* dopo il**

autem inmovile fuerit aut talis causa pro
hornamentum de memorata post
transitum de illum qui ex nobis postea
obierit in memorata ecclesia vestra
remanere debeat: et si aliquod in
memorata ecclesia vel in eius cellis et
abitationibus at concianum vel
edificandum abuerit nos illud conciare et
edificare debeamus at nostrum
expendium. et de hereditatibus ipsius
ecclesie vestre pertinentes inbateamus
nos illas vene lavorare aut illas at
lavorandum dandi asque scriptis: et non
abeamus licentiam nos de aliquis
pertinentiis ipsius ecclesie vestre
pertinentes alicui vel ubique exinde dare
aut largire per nullum modum excepto si
exinde aliquod at lavorandum dederimus
asque scriptis licentiam abeamus. et si
alium exinde fecerimus bacuum maneat
et res et possessio ipsa gratis rebertat in
proprietate de memorata ecclesia cuius
iure esse videtur. preter de memoratas
frugias que in nostra sit potestate
faciendi que voluerimus. etiam et ego
posui in memorata ecclesia vestra. idest
una pianeta de linum cum atmittum et
orarium (2) et manitergulum suum et
calicem de stagnum cum patina sua et
unum cammisu cum unu cingulu de
sericum. et unu liber comite da missa qui
incipit da ventum domini et badit per
circuitum annum. et unum tefonarium de
nocte et est notatum. et decem et octo
guaterni de lumarium. et tres guaterni de
cantare de illa trinitate. et dui guaterni de
cantare de illa edificatione. et unum
guaternum de legere sancti petri. et tres
guaterni de legere sancti andreae. et
quatuor guaterni de legere sancti tioti
una et de legere sancti pannutium ad
avendum et possidendum ipsa ecclesia
usque in sempiternum. et duo guaterni de
in proprium de veneri die sanctum. et
non abeamus licentiam nos vel alia
quabis persona illud subtraere vel
alienare da potestate ipsius ecclesie

trapasso di quello fra noi che morirà dopo,
deve rimanere nell'anzidetta chiesa vostra.
E se qualcosa nella predetta chiesa o nelle
sue celle e abitazioni vi fosse da riparare o
costruire, noi lo dobbiamo riparare e
costruire a nostre spese. E per i
possedimenti appartenenti alla vostra
chiesa ci impegniamo a bene lavorarli o a
darli a lavorare senza atti scritti. E noi
dunque non abbiamo licenza per alcuna
proprietà appartenente alla stessa chiesa
vostra di darla o donarla a chicchessia o in
qualsiasi luogo in nessun modo, eccetto
che se pertanto avremo dato qualcosa a
lavorare senza atti scritti ne abbiamo
licenza. E se dunque altro facessimo
rimanga inefficace e il bene e il possesso
ritornino gratuitamente in proprietà della
predetta chiesa di cui di diritto risulta
essere tranne che per gli anzidetti frutti di
cui sia in nostra potestà di farne quel che
vorremo. Inoltre io posi nella predetta
vostra chiesa una pianeta di lino con amitto
e stola e il suo manipolo, e un calice di
stagno con la sua patena, e un rocchetto
con una fascia di seta, e un lezionario da
messa che incomincia dall'avvento del
Signore e va per l'intero anno, e un
antifonario per le funzioni notturne ed é
annotato, e diciotto quaderni di
contrizione, e tre quaderni da cantare della
Trinità, e due quaderni da cantare
sull'edificazione, e un quaderno da leggere
di san Pietro, e tre quaderni da leggere di
sant'Andrea, e quattro quaderni da leggere
di san **tioti**, uno anche da leggere di san
Pannuzio affinché la stessa chiesa li abbia
e possieda per sempre, e due quaderni
propri del venerdì santo. E non abbiamo
licenza noi o qualsiasi altra persona di
sottrarre o alienare ciò dalla potestà della
vostra chiesa in nessun modo. Così anche
io per tutti i giorni della mia vita e dopo il
mia trapasso il predetto Giovanni figlio
mio per tutti i giorni della sua vita, se lo
stesso sarà chierico o presbitero, giorno e
notte nella predetta chiesa vostra dobbiamo

vestre per nullum modum. ita et ego cunctis diebus vite mee et post meum transitum memorato iohanne filio meo cunctis diebus vite sue si ipse clericus aut presbyter fuerit in memorata ecclesia vestra die noctuque omnem officium sacerdotalem facere et exhibere debeamus vel facere faciamus sive ad ora vel ante oram aut post oram quomodo meruerit officiare ecclesia de foris istius civitatis hoc est besperos et matutinos seum missarum sollempnia et oris laudibus et lumminariorum concinnationibus ut vona de nobis atrescat oppinio coram deo et hominibus laus. tantummodo ego cunctis diebus vite meae et post meum transitum memorato iohanne filio meo cunctis diebus vite sue si ipse clericus aut presbyter fuerit: vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio dare et dirigere debeamus oblatas paria quattuor et ciria quattuor de gubitu duplice per cirium. per nativitas domini paria dua et ciria dua et per sanctum pasca paria dua et ciria dua abente per unoquoque cirium dupplicem a gubitu unum asque omni ammaricatione. et non abeatis licentiam vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio a nuc et omnibus diebus vite meae et post meum transitum cunctis diebus vite de memorato iohanne filio meo si ipse presbyter aut clericus fuerit tollere memorata ecclesia vestra cum suis omnibus pertinentiis per nullum modum. facientes nos hominibus memoratis et peragentes qualiter superius legitur. et vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio nobis cunctis diebus vite nostre illud antestare et defendere debeatis ab omni homines omnique persona. post autem transitum de illum qui ex nobis posteam obierit. tunc memorata ecclesia cum omnibus suis pertinentiis et cum ipsum que superius ego ibi posui ut super legitur. et cum quantum mihi per inventaneum atsignaberitis in vestra vestrisque

compiere e mostrare o far fare ogni dovere sacerdotale sia durante che prima o dopo le funzioni, come sarà opportuno officiare nelle chiese al di fuori di questa città, cioè vespri e mattutini e messe solenni e preghiere e preparazione dei ceri, affinché per noi cresca la buona opinione davanti a Dio e la lode per gli uomini. Soltanto io per tutti i giorni della mia vita e dopo il mio trapasso il predetto Giovanni figlio mio per tutti i giorni della sua vita, se lo stesso sarà chierico o presbitero, dobbiamo dare e portare a voi e ai vostri posteris e al predetto vostro monastero quattro paia di pani per la messa e quattro ceri doppi di un cubito, per la natività del Signore due paia e due ceri e per la santa Pasqua due paia e due ceri, ciascun cero doppio e di un cubito, senza alcuna protesta. E non abbiate licenza voi o i vostri posteris e il predetto vostro monastero da ora e per tutti i giorni della mia vita e dopo la mia dipartita per tutti i giorni della vita del predetto Giovanni figlio mio, se lo stesso sarà presbitero o chierico, di toglierci la predetta chiesa vostra con tutte le sue pertinenze, in nessun modo se noi facciamo tutte le cose anzidette e ci comportiamo come sopra si legge. E voi e i vostri posteris e il predetto vostro monastero per tutti i giorni della nostra vita dovete sostenere e difendere ciò per noi da tutti gli uomini e da ogni persona. Altresì dopo il trapasso di quello di noi che morirà dopo, allora la predetta chiesa con tutte le cose ad essa pertinenti e con lo stesso che sopra io ho posto, come sopra si legge, e con quanto mi avrete assegnato per inventario ritorni in potestà vostra e dei vostri posteris di cui di diritto risulta essere, come e nel modo in cui *contiene* l'altro simile *atto* che pertanto voi avete fatto per noi. Poiché così fu tra noi stabilito. Se poi in qualcosa offendessimo in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi trenta solidi aurei di Bisanzio e questo atto di

posteris rebertant potestate cuius iure est sicuti et quomodo alia simile que vos nobis exinde fecistis. Quia ita nobis stetit. Si autem in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis auri solidos triginta bythianteos. et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis qui scribere rogatus per indictione memorata undecima ✠

✠ stefanus presbyter subscripsi ✠

✠ ego iohannes filius domini stefani testi subscripsi ✠

✠ ego stefanus filius domini stefani testi subscripsi ✠

✠ ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi ✠

✠ Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata undecima ✠

ordinatione, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del curiale Pietro, a cui fu chiesto di scrivere per l'anzidetta undicesima indizione. ✠

✠ Io presbitero Stefano sottoscrissi. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Stefano, come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io Stefano, figlio di domino Stefano, come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, come teste sottoscrissi. ✠

✠ Io curiale Pietro completai e perfezionai per l'anzidetta undicesima indizione. ✠

Note:

(1) *Parammonerii* voci heic Ecclesiae custodis subest significatio, sicuti ex ipsius membranae contextu facile eruitur. Ibi enim Stephanus, qui ecclesiae Parammonerius nuncupatur, hisce quidem verbis loquitur: *in qua domino Deo atiubante vos me ibidem custodem ordinastis*. Non aliam huic voci significationem tribuit Mazochius, qui cum eam a graeco fonte derivasset. nempe a παραμονή (*mansio*), nonnulla sequioris aevi monumenta ad huiusmodi significationem adstruendam produxit (*Dissertatio historica de cathedralis Ecclesiae ec. vicibus pag. 161. n. 63*).

(2) Sacram vestem *orarii* nomine significatam fuisse arbitramur, quae hodie *Stola* appellatur. Si vetustissimus vocis *Orarii* usus spectetur, exploratum habeamus oportet huiusmodi vocem ad lineum significandum fuisse usurpatam, quod *sudarium* etiam, *strophium*, atque *lindeolum* veteres nuncupabant, quodque ad faciem abstergendam destinabatur. Hoc quidem Vopiscus in Aureliani Imperatoris vita hisce verbis testatur: *Sciendum tamen congiaria illum ter dedisse, donasse etiam populo romano tunicas albas manicatus ex diversis provinciis, et tunicas Afras et Aegyptias; ipsumque primum donasse oraria populo romano, quibus uteretur ad favorem*. Orarium vero majorem longitudinem, quam latitudinem praeseferebat, ita ut ipsius forma fasciam omnino repraesentaret, sicuti Casauboni ad F. Vopiscum additamenta luculentissime ostendunt. Per sequiora deinceps tempora huiusmodi vocem, ex longitudine sua, ad presbyteri stolam denotandam adhibitam fuisse comperimus, ut in errorem incidisse Casaubonus videatur, qui *manipulum* presbyteri brachio adligatum *Orarii* vocem significasse autumaverit. Et re sane vera ea, quam innuimus, notione apud mediae latitutatis scriptores fere semper occurrit, quorum duos dumtaxat heic producemus, Honorium Augustodunensem scilicet, atque Rabanum Maurum. Alter sic loquitur (*lib. 1. c. 104*): «Deinde circumdat collum suum stola, quae et Orarium dicitur». Alter vero ita scriptum reliquit: (*lib. 1. c. 19*): «Quintum est quod Orarium dicitur, licet hoc quidam stolam vocent». Ex quibus postremis verbis illud sane elicitur, per inferiora tempora *Orarii* vocem hanc presbyteri vestem denotasse, cum antea sola linteoli vel sudarii, vel strophii significatio ei subesset. Atque prima orarii mentio, quatenus stolam denotaret, nobis occurrere videtur in Divi Castrensis actis a Michaelae Monacho primum in *Sanctuario Capuano* in lucem emissis, quae postea ex Monachi editione, et aliis duobus MSS. correctiora recedit Henschenius. De quibus quidem actis illud erit animadvertendum, ea saeculo VI. recentiora esse non posse, quippe cum S. Castrensem medio V. saeculo martyrii palmam retulisse in comperto sit, et actorum ejus scriptor testetur se cum iis sermonem habuisse, qui martyrem de facie

norant. Quamobrem dicendum est, post ipsorum actorum tempus *Stolae* vocem ad presbyteri vestem significandem apud scriptores obtinuisse.